

## Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

MARTIALIS

CAMPANI MEDICI

*Burdegalensis è latronum manibus  
diuinitus liberati,*

MONODIA TRAGICA,

AD HENRICVM III. GALL. ET

Pol. Regem.

Item Parænesis ad eundem de Iuris administratione  
in meliorem statum restituenda.

*Ioanne Aurato Poëta Regio autore.*

PARISIIS, M. D. LXXVI.

*Apud Ioannem Bene natum.*

SECRET  
CONFIDENTIAL  
ADVISORIAL  
CONFIDENTIAL  
CONFIDENTIAL

SECRET  
CONFIDENTIAL

AD HENRICVM III. GALLIA-  
*rum & Poloniae Regem Christianiss.*

**R**egibus antiquis, quos prisca ab origine Diuū  
Nō veterū memorāt nequicquā carmina varū,  
Quod diuina foret virtus in Regibus olim,  
In cælum meritis paruit via: non quia monstra,  
Fortis vt Alcides, aut Theseus ille, ferarum,  
Sed debellassent hominum quia monstra ferorum.  
Qualis Cyclops ille, Philistæusque Goliath,  
Numine contempto sua quos violentia demens  
In genus omne tulit cædis, scelerisque nefandi.  
Sed tamen ille Ithaci vi victus, Dauidis iste  
Diuina virtute, mapalia rustica quanuis  
Inter custodis pecorum, tamen ardua torui  
Tempora qui Goliath fundæ perfrerit ictu:  
Huius ad exemplum Græci finxere Cyclopem,  
Mōstrū hominis, monstrūmq. feræ, cui lumē adēptū,  
Nempe Dei summi cura & timor: & sua cui vis  
Esset sola Deus, nodoso & robore claua.  
Demens, qui cautum non ante videret Vlyssē,  
Grande terebrauit qui lumen in ore relictum  
Stipite Palladiōque, & Palladis arte recocto.  
Sed quid opus veterum memorare heroica facta?  
Te, Deus in nostrum quem misit prouidus æuum,  
O HENRICE, illos veteres vt laudibus æques,  
Hac eadem decet ire via. si concipis alstra,  
Monstra domas: sies alter sic denique Theseus,  
Alter & Alcides, factisque merebere cælum.

Io. Auratus Poëta Regius.

AD PIVM LECTOREM, SE-  
*quens Monodia*  
ARGVMENTVM.

Hanc Lector vt noris legens non fabulam,  
Veram sed, ipso actore teste, tragediam:  
Hic Martialis, actor huius dramatis,  
De lite iusta, iura contra nobilem  
Affinitate urgente viduæ nobilis  
Coactus est nolens volensque persequi:  
Apudque iustos iudices ius obtinens,  
Nil posse contra fortiorum iniuriam  
Expertus est ius, & suo magno malo  
Simul & sodalis innocentis innocens.  
Nam dum ad Parisium carperent iter simul  
Forum, latrones multa eos per millia  
Clam prosequuti, nil timentes opprimunt,  
Stagnoque mergunt, antè raptis omnibus,  
Et lite, & ipsa veste cum viatico.  
Sed ecce merſi emergerent vt aquis, Deus  
Effecit, incolumemque vitæ reddidit.  
Vtrumque: eorum vox superſtes ſoſpitem  
Inſitati teſtis vt miraculi.  
Noſtros per annos eſſet his idoneus,  
Diuina qui impiè negant miracula.  
Sed Martiali nuper huic quod accidit,  
Martiniانو id accidit quondam maris  
Spem præter omnem liberato è fluctibus,  
Paulinus vt Nolanus eſt Epifcopus  
Teſtatus olim verſibus piſſimis  
Doctiſſimisque: cuius exemplum ſequi  
Pietas amica vatis haud abhorruit,  
Ab æuo in æuum laus perennet vt Dei.

Io. Auratus Poëta Regius.

*MARTIALIS CAMPANI*

*Medici Burdegalensis è latronum  
manibus diuinitus liberati.*

MONODIA TRAGICA:

In qua asserit Providentiam Dei rerum omnium  
gubernatricem, aduersus eos, qui ponunt Natu-  
ram, Casum, Necessitatem, Fatum pro Deo.

*Autore Ioanne Aurato poeta Regio.*



VO nos ruentes terra sub ter-  
ram premit?  
Quo nos leuatos rursus ad cæ-  
lum rapit  
Cælestis aura, si sinamus nos trahi?  
Nuper ruebam penè in ima tartara  
Deum per oras quærito dum terreas  
Errantis errans ebrius sapientix.  
At nunc retrorsum vela tandem colligens  
Ad summa ab imis rursus, ad cælum à solo,  
Ad causam ab effectis iter relego retro.  
Nec summa in imis, ima sed summis magis,  
Nec in opere autorem, sed ipso autore op?  
Reciprocis Cancer sequor uestigiis.  
Nam Capricorno sola Diis patet via,  
Accessus alter Cancer est mortalibus

Ad yatis antrum mystici sacerrimum:  
 Natura pergit per gradus contrarios  
 Arti, secans ab vniuersis vi viam.  
 Ad id, quod est pars vniuersi paruula.  
 Ars ipsa contra debilis mortalium  
 Quæ res supremum in imo, & in parte integrum,  
 Ad Capricornum tendit à Cancro viam.  
 Ut quum caninus appetit morsus manu  
 Iaculante missa saxa, non ipsam manum:  
 Sic ego medentum vir professor artium,  
 Scrutabar olim numinis potentiam  
 Inter stupendas graminum efficacias.  
 Fors & per has ad illam factus est gradus,  
 Omnis potestas vnde manat graminum.  
 Ut passer olim, vel columba dum sagax  
 Rimatur aruis grana: per sudum rapax  
 Si forte miluus transuolaret: hæc videns  
 Ipsam vel umbram subter acris alitis,  
 Tellure picta de volucri imagine,  
 Horrescit irruente tanquam miluo.  
 Sic me per ima dum feror terræ loca  
 Modò hoc, modò illud stirpium speculas gen:  
 Mirabar ipsi hortulanum in hortulis,  
 Tanquam factoris in satis umbram Dei.  
 Stupensque ad eius sapius miracula,  
 Terrore tandem sum coactus entheo

TRAGICA.

3  
 Spectare sursum nō Dei vmbra, sed Deū:  
 Immensa cuius raptus ad palatia,  
 Arcana cuius ductus ad mysteria,  
 Terrestre iam nil, nec caducum sentio.  
 Ad alta totus, totus ad cælum feror, <sup>1</sup>  
 Cæliue potius culmen vsque ad vltimum;  
 Spernensq. terras, quicquid & terris inest,  
 Cæloque pendens totus, & cælestibus.  
 Sed vt volenti me sequi monstrem viam,  
 Qua ductus ad sublime sum fastigium,  
 Adhibete mentes, ordiens hinc prosequar.  
 Imis suprema, & ima summis mixta sunt;  
 Cælumque terræ, terra cælo nequitur.  
 Insuntq. quæ sunt omnia omnino omnib;  
 Clazomenius vt doctor olim tradidit. <sup>1</sup>  
 Sed parte qua res præminente præmineht,  
 Hac parte res sortita quæque nomen est. <sup>1</sup>  
 Vt ignis vndæ particeps, terræ, aëris <sup>1</sup>  
 Dicatur ignis, hæc simul quum sit tria;  
 Quod ignis ignis quàm trium, plus cõtineet.  
 Cælum solo quum sit quoque remotissimū,  
 Tamen in solo sunt multa cæli femina:  
 Terrisq. mixta dærnitur diuinitas:  
 Et inde multis noscitur, sicut mihi.  
 Nam dum salubres graminum potentias  
 Scrutarer, atque totus huc incumberem, <sup>1</sup>



## M O N O D I A

Mirabar herbæ quamlibet vilissimæ  
 Nescio quid efficacis esse numinis,  
 Morbis quòd ægros liberaret tristibus.  
 Ut certus inde sensus in fit cuilibet,  
 Quantumlibet Deo rebelli, vel Dei  
 Ignaro, ab ipsis stirpium miraculis  
 Dei latentem mente vim deprendere.  
 Non quod sit aut in olusculis latitans Deus,  
 Aegyptiorum credidit quod vanitas,  
 Porros adorans, atque cæpas flebiles:  
 Et quotquot herbas seruat hortorum Deº.  
 Diuina sed quòd summa vis ad infima  
 Medios per artus permeans fundamina,  
 Globúmque totúm ad vsq. centrum metiens  
 Diuinitatis vbique miscet semina  
 Maiora, vel minora, vel mediocria,  
 Cuiuslibet pro parte materiæ ratâ.  
 Nam sicca vt ignis sunt magis capacia,  
 Sic spiritus capaciores sunt Dei,  
 Natura quorum pura distat à solo  
 Concretionis omnis expers vuidæ.  
 Sic vt tamen paruissima è potentia  
 Diuinę in imis parte, noscendum ad Deum  
 Sint certum abundè certa testimonia.  
 Ut quisquis illa nôrit, ipsum nouerit:  
 Dubitanda nec fit eius vlli veritas.

TRAGICA.

5

Herbarum ab herbis sic & autorem Deum,  
 Ego noscitabam philosophus plantarius.  
 Nam paruulis elementa cùm sint paruula,  
 Mihi cogitanti de salute corporum,  
 Corporea quædam notitia fuit Dei.  
 Quæ nunc ad vsque me rapit cælestia,  
 Cælestis est vis, & supra mortalia:  
 Ita clarus ipse protulit se mi Deus  
 Manifestus, & oculis videndus cominus:  
 Mihi sed ipsi, testis vt aliis forem  
 Inusitata liberatus vi Dei  
 Nuper inopinis hostis à periculis.  
 Vt ille Iónas, belluæ qui rictibus  
 Haustus marinæ vasta per præcordia  
 Errabat expers lucis, haud expers Dei,  
 Quem concinebat inter atra viscera,  
 Vocale mutæ pabulum factus feræ.

Ego (si minora fas mihi maioribus  
 Conferre) non propheta, sed propheticis  
 Certam fidemque spemq. habens oraculis,  
 Forensis inter dum maris iactor freta,  
 Incautus in plusquam latrones incidi.  
 Nam forte Iónas, mens quam regebat Dei,  
 In alta iactus naue salua naufragus,  
 Velut saburra sæuiente turbine  
 De vilibus iactura quum sit mercibus:

Et pauca vector prodigus spargens mari,  
 Sibi multa seruat: iactus ego necessitas  
 Cùm nulla premeret, aut periculi metus,  
 Amore tantùm prædæ, & infamis lucri,  
 Ut litis instrumenta, sua quæ proderent  
 Violenta facta, viduæ & innocentiam,  
 Hæc deferenti rapta tollerent mihi,  
 Vitamque prædæ quæstuosæ appendicem,  
 Non quæstuosum, luctuosum sed magis.  
 Sed luctibus parcatuꝛ interim ô pij  
 Vestris meisque, dum nouam tragœdiam  
 Auctôrque, & actor ipse pergo prosequi.

Vbi drama constitutum fuerit fabulæ  
 Non fabulosæ, quæritatis? scilicet  
 Fatale nomen mors vbi dedit loco.  
 In Mortuæ nam quos vocant lacus Aquæ  
 Iactare certi tres truces satellites,  
 Totidémue potiùs Ditis emerisæ specu  
 Furis, sed illis, quæ nocentes puniunt  
 Nocentiores, innocentes clam duos  
 Méque fociùmque tum viæ, pene & necis  
 Deinde, longè multa nos per millia  
 Sunt persecuti, ceu canes venatici  
 Leporem per alta montis auij iuga.  
 Mirùmque qui me tunc tuebatur Deus,  
 Non. vt cauerem immisit in mentem mihi

TRAGICA.

7

Manifestior sua esset hinc vt gloria,  
 Dum seruator eius cautione, nec mea.  
 Ego nam timens nil tale, sed nec cogitans,  
 Securis ibam: me tamen securior  
 Comes ibat ipse, nescius rei & mali:  
 Deprendimur cum ignari ab insidiantibus.  
 Sociasque cum latronibus simul vias,  
 Vt cum viatoribus vterque fidelibus  
 Dum carperemus: vnus ecce de tribus  
 Ardere dignus igne quondam Apostata,  
 (Quod nomen Ardelio arguit fato datum)  
 Vtrumque nostrum mox iubet subsistere.  
 Nam distitabat velle me deducere  
 Domini sui ad palatium, seu verius  
 Antrum Cyclopi, Thracis aut præsepia  
 Diomedis: ipsa his vt illic scilicet  
 Minore sumptu, per bonamque gratiam  
 Mox transigatur. Talis obtentu doli  
 Nos seu velimus, siue nolimus trahunt  
 Armati inermes, inscios non inscij,  
 Per opaca syluæ, deuos per tramites,  
 Consumpta donec esset errando dies,  
 Peccanti vt illis nox daret fiduciam.  
 Cælo refulgens Luna, monstrabat viam,  
 Plenis Nouembri quanta mense cornib.  
 Testis futura non inultæ cædis: &

Nisi fallor, hinc subfusa vultum sanguinæ  
 Prælagiebat sanguinarium nefas.  
 Iamque hora noctis longius processerat,  
 Ad usque muta animantium silentia:  
 Augebat ipsum quæ loci silentium,  
 Ab obstrepente dissiti vicinia:  
 Cùm sæva crevit improbis audacia,  
 Simulque crevit innocentibus metus.  
 Rabiosa paulùm nam latronum murmura  
 Sceleri futuro visa sunt præcludere.  
 Ut primæ per quietum sibilant mare  
 Murmura, futuros turbines minantia:  
 Dum clara tandem perstrepat tonitrua.  
 Talis minantùm cæcus auditur fragor:  
 Crescente donec cum furore licentia,  
 Ex his tot vnus verba bacchatur furens,  
 (Dictu nefas) qui sacerdotum sacris  
 Imbutus, illa polluebat iam nouus  
 Latro sacrato de sacerdote impius,  
 Ardelius ille cruore vir cruentior.  
 Tunc ille, tu qui solus in Aquitania  
 Nobilibus, inquit, dicere audeas diem?  
 Quasi iuri in arma ius sit atque legibus,  
 Aranearum nanque sunt hæc retia,  
 Tenues tenent quæ, debiles & alites,  
 Muscæque, culicésque: sed eadem bestiis

TRAGICA.

9

Perfracta cedunt vi valentioribus,  
 Agenda ferro res tibi, non est foro.  
 Aut mitius vt agamus, ac merere tu,  
 Nudare quem tu litigans tentas bonis,  
 Nunc eius ecce iussibus nudabere :  
 Discas docendus vt tuo tandem malo,  
 Quâ fas nefâsque potentiori cedere.  
 Age corpus ergo tute iam nuda prior,  
 Plantisque vtrunque calceum mox deripe,  
 In hoc vt expeditior nates lacu,  
 Non iam forensis rana, sed palustrica.  
 Nã te vorago, quam vides, mersum manet:  
 Vnde enatare, lapis si enatat, queas.

Hæc elocuto barbaro satellite  
 Certus ego iam mori, nec vltrà cogitans  
 De rebus hominum, totus hærens sed Deo,  
 Quem mente cernens, cætera videbã nihil:  
 Tondenti vt agnus terga præbet lanæ,  
 Sic ipse vestem corpori, sic ocreas  
 Pedibus fodale me iuante detraho:  
 In veste sola constitique lineæ,  
 Velut immolanda Ditis aræ victima.  
 Grauius nec augurabar, quàm necẽ mihi:  
 Quum grauius ecce facinus atque atroci<sup>r</sup>  
 (Priore si quid esse atrocius potest)  
 Subit his, maligno suggerente Dæmone,

Comes innocenti vt innocens viæ mihi  
Iungatur, vt confors viæ sic & necis,  
Scilicet vt illos ne superstes indicet.  
Quam iussus ergo præstitit prior mihi  
Operam, repono iussus: inuicem pedum  
Soluóque vincla: vinculis sic sparteis  
Amplexui nos colligamur mutuo.  
Ego supplicare iam latronibus nihil,  
Nec eos monere, nec mouere affatibus,  
Lachrimisue frustra cogitans inanibus:  
Testi sed horum, & vindici summo Deo  
Mea cūcta mecum, meq. commēdo simul.  
Nam verba frustra cur apud surdas ego  
Cōsumerem aures belluarum immanium?  
Aut citr mouere lachrimis rigentia  
Ultra experirer Caucaſi cacumina  
Ad vota vincti furda iam Promethei?  
Confors at alter innocens periculi  
Tentare miseris multa nequicquam modis,  
Rogare, deprecari, & à se auertere  
Omnémq. culpã, omnémque cōscientiam  
Rei atque litis: sæpè frustra euadere  
Conari, eoque restitendo subsequi:  
Donec coactus est ab intentante vim  
Iugulo latronum se tenentium manu  
Gradum incitare, & non morari vel mori.

TRAGICA.

11

Sic ergo rursus iuncta per vestigia  
 Ambo luporum præda oves rapacium  
 Imus, tot ore mustitantes inuicem.

Trahimur futuræ, dixit ille, victimæ:  
 Nos trahimur, inquam, sic enim visum Deo.  
 Nee plura, quum retorta vincti brachia,  
 Duris & arctè colligati funibus,  
 Impressa quorum exstant adhuc vestigia,  
 Stamus parati, quod Deus volet, pati.  
 Quem mente solum, iam salutis immemor  
 Corporis, vt animæ parceret saltem meæ  
 Tacitus precabar: interim tres callidi  
 Scelerum ministri deligunt aptum locum,  
 Voraginosâ qua lacus profunditas  
 Magis altèmersa deuoraret corpora.  
 Lectusque tandem diligenter quum locus  
 Placuisset illis: nos in aduersi lacus  
 Os ora versos sic repentino impetu,  
 Præcipitem agunt vtrumque in imum gurgitè.  
 Vtque bene gesta gratulantes re sibi,  
 Latique præda vestis, & pecuniæ,  
 Sed omnia supra maximo cum gaudio  
 Spoliis ouantes litis, instrumentaque  
 Secum auferentes pro trophæo amplissimo,  
 Suam vt probarent milites duci fidem:  
 Ita voce mox Pæana seu piraticum.



Læta canentes, deuorant retrò viam:  
 Et in tabernæ lustra cauponariæ  
 Violenter irrumperè, vel inuito hospite  
 Ausi per intempesta noctis tempora,  
 Atque exstruètes grandibus lignis focum,  
 Super & struentes grandioribus scyphis  
 Mensam, Bibamus, inquit, profusiùs:  
 Nostri profusè & hospites iam nunc bibūt.  
 At tu Deus qui cuncta de cælo vides:  
 Et quæ vides, ea mente certa temperas:  
 Quæ fraude nulla, nec latebra fallitur:  
 Sed fallit ipsa qui putant te fallere:  
 Tua tunc fefellit mens eorum amentiam:  
 Qui largiora porrigentes pocula,  
 Nos bibere & ipsos dictitabant largiùs.  
 Vani sed illos tu arguis mendacij:  
 Neq. enim bibebât, labra quorum dextera  
 Tua subleuabat in palustri gurgite,  
 Vel aperta ne subiret humor guttura.  
 Et quod elemento tute iam in contratio  
 Voracis ignis feceras miraculum,  
 Nemersa flammis læderentur corpora:  
 Ora puerorum nec trium patentia  
 Penetrare possent feruidus flammæ vapor:  
 Tu nunc in vndis comprobasti hærentibus  
 Ad ora aperta, & ingredi timentibus

TRAGICA.

13

Clemente quadam fluctuum reuerentia.

O solus admirandus artifex Deus,  
 Operumq. magnorum architectus maximus.  
 Elementa primus tu creasti quatuor,  
 Rerum omnium ceu quatuor primordia,  
 Quæ proprietates inuicem contrarias,  
 Consentientes sed vicissim quatuor  
 In sese habent: & hauriens hinc dædala  
 Natura mixtim cuncta rerum temperat  
 Plus aut minus vel hinc vel illinc ingerens:  
 Variasque fingit inde formas corporum,  
 Varias habent quæ mixtione imagines:  
 Variasque pro vi imaginum potentias,  
 Imaginosa dicta Circe Homericis.  
 Nam versiformes illa totidem belluas  
 Habere fertur, quas potente poculo  
 Fingit, refingit pro sua libidine.  
 Nec est cauere fascinatricis Deæ,  
 Qui possit incantationes callidas,  
 Præter quibus Mercurius ipse prouidus  
 Cæleste præbet Moly pro antipharmaco  
 Contra Deæ portentifica cantamina:  
 Sicut & Vlyssi, cui potens gramen dedit  
 Circæa posse attere labris pocula:  
 Animalium ne versus unum quatuor  
 Fieret, nec ipsi cuncta naturæ daret: --

Sed sciret aliquid esse Naturam supra,  
 Supràq. Cælum, & omne quod Fatum vocãt,  
 Et omne quod Necessitatem denique,  
 Quod esse prorsus nil potest, nisi tu Deus.  
 Tu qui imperasti cuncta fieri, & facta sunt:  
 Et facta quæ sunt, his dedisti terminum  
 Potentiæ, non illa sed contrà tibi,  
 Qui vinculis es absolutus omnibus,  
 Princeps potestas, iuris & solus sui.  
 Qui fata fari; libera, antè quàm illa sis  
 Effatus, hæcque fando mox facis rata.  
 Qui frena das Necessitati adamantina,  
 Affixa clavis desuper trabalibus,  
 Nulli refigi nata, præterquam tibi.  
 Qui Solis in contrarium rapis rotas,  
 Ad idémque pũctum rursus abducis retrò  
 Necessitate seu volente, serminus:  
 Qui Temeritatem (quod vocant temerarij,  
 Quia consilij sunt nescij amentes tui,  
 Cæci que causas perspicacis non vident)  
 Certis refutas providens eventibus,  
 Post facta notis ante facta reconditis:  
 Cuj denique omni iure concedit suo  
 Natura, & eius quatuor primordia,  
 Ut vim nec ignis, nec habeat aër suam,  
 Nec terra, & vnda: sed suæ vis immemor i

TRAGICA.

15

Non vrat ignis, ipse sed refrigeret:  
 Ut liquidus aër impius palpabilis:  
 Fiâtque solidus ut pius mollis liquor:  
 Solidum que contra mergat impios solum.  
 In me recens hæc tu alterâsti quatuor,  
 In me, meique particeps periculi.  
 Ergo alligata pessum iere corpora  
 Stagnantis unum sub barathrum gurgitis  
 Deiecta ab altæ faucibus crepidinis,  
 Quæ prona vergunt, & supinantur vada:  
 Vndæ iacentis, ut per æstuarium  
 Proclivius euomatur ex alto liquor,  
 Demissiora frontis in pronæ loca,  
 Præcepique pisce. raptet amnis impetus,  
 Plagosa quos captos retentent retia  
 Obiecta lymphæ profluxæ emissariis.  
 In hac uterque nostrum abyssu conditi,  
 Nil iam timentes, sentientes & nihil,  
 Nisi sola quod mens, quæ manebat libera  
 (Nam corpus omne vinculis coercitum  
 Nec ipsa poterat tollere Deo lumina)  
 Luminibus ipsis corporis lumen suum,  
 Tacitamque vocem non mouentibus labris  
 Tollebat audientis ad mutos Dei  
 Aures, ut animas Abrahæ locet sinu,  
 Cætera nihil iam de salute corporum.

Vel cogitantes, vel timentes denique:  
 Hic ceu sepultis sensibus cum corpore  
 Tantisper imo delitescimus lacu  
 Proni iacentes: donec ire longiùs  
 Spatium daretur impiis latronibus.  
 Mensura nam constare certa non potest  
 Tibi nisi ipsi, cuius illic tamdiu  
 Consulta nos tenuit voluntas, ô Deus:  
 Ne si latrones nostra fortè corpora  
 Coràm viderent gurgite enatantia  
 Ferro necarent, parceret quibus liquor:

O altitudo' consili! ô profunditas  
 Tuæ, Deus consulte, providentiæ!  
 Quæ nos profundiore textit in lacu,  
 Donec latrones iam perisse nos rati,  
 Longiùs abirent: quòdque sit fidem supra,  
 Perire nos tu, ne periremus facis.  
 Merfos sub vndis tutiores sic habens,  
 Quàm si paludis enatassemus freto.  
 Nam Spiritus servabat illic nos tuus  
 Nihil indigentes spiritus reciproci.  
 Ut humor infideli humo fidelior  
 Esset, latebras humor ipse quum daret,  
 Humus latrones, quos sub amne fefellim<sup>9</sup>.

Faceffat ergo secta Naturalium,  
 Naturæ id asserentum opus quod est Dei:  
 Faceffat,

Faceſſat ipſa turba prouidentiam  
 Dei irrogantum caſibus temerariis:  
 Faceſſat, inquam, ipſa iam Neceſſitas,  
 Fatalitáſque, quas Deum ponunt ſupra:  
 Nam cura noſtri nulla ſi foret Deo,  
 Quis liberaſſet tam graui periculo?  
 Natura, Caſus, an magis Neceſſitas?  
 Fatalis an lex per catenas aureas?  
 Heû miſera nunc mortalium dementia,  
 Babylonis inſtat, vnus quæ quum foret  
 Terra labij, nempe omnis vnum ſentiens  
 Deum, colénsque: propter infandum nefas  
 Turris ſuperbæ ad vſque nubés editæ,  
 Pœnas ferocis arrogantiæ dedit  
 Diuiſa linguis non idem ſonantibus.  
 Nûc quoque timorem qui refutârunt Dei,  
 Inferere cælo oris ſui arrogantiam  
 Auſi, graues pœnas luunt ſuperbiæ,  
 In mille ſectarum vſque ſecti fragminá,  
 Lingux tot vt ſint, atque tot ſententiæ  
 Quot & capita ſunt centicipitis bellux.  
 Optandus alter iámque nobis Hercules,  
 Qui colla Echidnæ caſa ne repullulent,  
 Tandem vniuerſa abſumat igne debito.  
 Qualis prophanos exitus iam iam manet  
 Veniente vero generis humani Hercule,

Qui patriis orbem afferat virtutibus  
 Portenta contra gentium rebellium.  
 Sed interim dum tanta solis claritas  
 Fugans tenebras noctis atræ illuceat,  
 Fastidienda nec lucerna parua sit,  
 Qualem piè credentibus miracula  
 Diuina præbuère quondam largiùs:  
 Sed nec hodie præbere cessant, si modo  
 Non lusciosa sint in illis lumina.  
 Nûc ecce testis maximarum ego paruulus  
 Sententiarum tale nil merens, Deo  
 Dignante, seu miserante me dicam magis,  
 Horrèda dum me monstra cõtra protegit,  
 Vt illa contra testis essem idoneus.  
 Cuius oculatum testimonium fero  
 Ego passus, expertus ego prouidum Deum,  
 Qui mira solus fecit, & semper facit,  
 Aeu per omnes circulares orbitas.

Nam quis Dei non vnus potentia  
 Tribuat, quòd ignis, humor, aër, & solum  
 Cessère quæque de suo iure & loco,  
 Tot quot elemèta corpus humanum creât:  
 Si neque sub vndis ille vitalis calor  
 Exstinctus: hausti nec reflatus aëris  
 Alternus interclusus: & mollis liquor  
 Stabili ferendis pro solo membris fuit:

Terrestre nec suopte corpus pondere  
 Pessum ire natū, onus impediuit quo min⁹  
 Summas in yndas emicans emergeret,  
 Leuis instat ignis, & instar aëris leuis.

Natura seruat quas dedit Deus vices,  
 Donec iubente rursus has mutet Deo;  
 Qui cuncta fingit, & refingit artifex:  
 Quod non faceret is, si foret Necessitas,  
 Nec Fata, quæ mutanda fanti non forent:  
 At Casus esse quis potest, prudentiæ  
 Tanta manifestæ cum Deus miracula  
 Faciat: nec histrionis more vel magi,  
 Vano theatri vel leuis pro arbitrio?  
 Certare milites sibi probandos Deus  
 Permittit, humanæque vi pertendere  
 Eo vsque, donec ingrauescenti malo  
 Natura cedat: ipse tum præsens pium  
 Tormenta ne deficiat inter, subleuat,  
 Manifesta dans suæ suis potentia  
 Tempore locoque signa, quum res exigit,  
 Nobis vt idem fecit immeritissimis,  
 Vnius vnica sed ope fidentibus.  
 Nam quis ligatos, & profundo conditos  
 Surfum leuasset, ipse ni præsens Deus?  
 Vnius eius tunc potente dextera,  
 Prona antè, dein supina vterque corpora,



(Scilicet vt ipsam contueremur Dei  
 Sedem perennem per supina lumina)  
 Cùm lucis aura iam vteremur libera:  
 Ego mentis ecce mox potens factus meæ,  
 Ad me reuersus, ibi sodalem sentio  
 Aëre recepto (quem sub amne cauerat)  
 Vndæ influentis opprimi singultibus.  
 Miserans & illum me magis, mea manu  
 Pessum cadentis subleuauit guttura.  
 At ille tunc rediens & ad se denique,  
 Infantiam fans increpat prior meam.  
 Age chare frater (inquiens) si quid potes,  
 Effare fratri: quumque responsi nihil  
 Reddere videret, mente tota qui Deum  
 Sursum intuebar vsque fixo lumine:  
 Monet ille, saltem obliquo vt ore sedulò  
 Clam conspicarer, ne latronum perfida  
 Superueniret enatantibus cohors:  
 Qui, quos palus seruasset, ipsi perderent.  
 Tot fatus, instat dente vincla mordicus  
 Deripere, multa vique tandem soluere.  
 Ambobus expedita sicque brachia,  
 Sublata cælo, sospitorem Deum  
 Primùm inuocarunt: deinde prensis veprib.  
 Arundinum palustrium per ansulas  
 Tentamus ereptando ab amne emergere.

Sed adhuc tenebant compedes vestigia,  
 Præfente donec adiuuante Numine  
 Demissi in vndam & illa mox resoluimus.  
 Mirabilius omnique quod miraculo  
 Possit videri, hinc vnde membris liberi,  
 Nandique docti vix enataffent: rudes  
 Ambo natandi, & impediti vinculis  
 Spē præter omnē, præter & hominū fidem,  
 Emerfimus palude nudi naufragi,  
 Nifi quatenus nudos tegebant lineæ  
 Vestes, & vluæ fumma quas creat palus,  
 Ranunculorum instar virentum, seu magis  
 Ipfius Vlyffis enatantis è mari.  
 Nimióque, vt ille, periiffemus frigore,  
 Bacchâte gelido per Nouembrem flamine,  
 Ducente nifi ignora per nemora Deo,  
 Et auiam latronibus nostris viam  
 Monfrante, veniffemus in pauperrimi  
 Cafam coloni, cæteris inhospitis,  
 Per rusticorum ditium inclementiam:  
 Non luculenta qui foueret nos foco,  
 Hofpes, recente sedq̄ operiret stramine.  
 Mirumque, ne tūc quidem passus est Deus,  
 Frigore perire in terra, ab vndis sospites:  
 Sed nos potente fouit ipse numine.  
 Ita iam peracta parte noctis vltima,

Quæ lucis inſtar luxerat nobis nouæ,  
 Nos à tenebris liberans certæ necis,  
 Diuerſa nos dum ab hoſtibus ducit loca .  
 Inde ante lucem linteis talatibus  
 Pro veſte cincti, ad proximum cito oppidū  
 Pede conuolamus antelucani aduenæ.  
 Famæque peruagante mox latrocinū  
 Per rura paſſim, perque vicina oppida:  
 Hi rebus antè qui ſibi geſtis benè  
 Hilares ouabant: rebus in cōntrarium  
 Verſis, ſalute cogitant iam de ſua.  
 Intérque menſas atque plena pocula,  
 Veniente triſti ſubito ad aures nuncio,  
 Viuere, valere, quos putabant perditos:  
 Se perſequique iure, quo pœnas darent  
 Atroci atroces debitas pro crimine:  
 Princeps latronum maximus capitaliū  
 Capitalis artiſtic miniſtros increpat:  
 Vósne (inquiēs) ego tale quicquã õ perfidī  
 Patrare docui, & impatratum linquere?  
 O proditores, perditores ſeu magis  
 Veſtrum, meique: veſtra ſed pœnam meam  
 Vltrix leuabit pœna tantæ ignauitæ,  
 Iugulata qui non antè me ſiſtis lacu  
 Emerſa vos meſfura quondam corpora.  
 Vbi tela: vbi enſes quos tuliftis irritos?

TRAGICA.

23

Spes vbi latebræ? & noctis opportunitas?  
 Silentique, quod ministrabat locus  
 Natus, nec arte factus ad mutum nefas.

O cæca rebus præcauendis pectora!  
 Indigna vos ô turma me sibi duce!

His intonans, & his ouata luctibus  
 Inauspicatis versa mutans gaudia,  
 Sibi que iam, suæque diffidens opi,  
 Sese sub arcis antra munitissimæ  
 Includit, ipse consulens quidem sibi,  
 Sed non suis, perisse quos optet malè,  
 Sua sint quod ausi iniusta iussa transgredi.

O mira tua, vindex Deus, sagacitas,  
 Nullis latebris facta qui vis impia  
 Latere tuta: sed ea cogis à suis.  
 Scelerum ministris vltro operta detegi.


Vel hæc latronum pœna quum fatvna sit,  
 Quod non latere te videntem iam vident  
 Se posse, vindicem nec oculum fallere  
 Tuum, scelera qui cuncta conniuens videt:  
 Quumq. ipsa facti iam improbi mēs conscia  
 Furialibus dies noctesque ceu flagris,  
 Surdis flagellis intus agitet percitos:  
 Tamen ô bone Deus, pace cum tua bona,  
 (Si fas ministrum ad te loqui licentiùs)  
 Non est fatis, tua iura, Rex iustissime

Calcare qui petulante sunt ausi pede,  
 Eos tacente carnifice torquerier :  
 Surdóque cædi conscientiaë flagro.  
 Ne si nocentes innocens quis viderit  
 Tulisse inultos tam nefanda facinora :  
 Tentetur ipse apud animum tacitè suum  
 Parrare, inulti quæ parrarunt ante se,  
 Deum timens iam, quem nihil putat, nihil,  
 Nam cui timèdus, cuiue credendus Deus,  
 Commissa post impunè tot nefaria,  
 Nisi maior, in diésque maior improbis  
 Vindicta restet, quæ nefas hoc expiet?  
 Tuæ sed iræ iuncta semper lenitas  
 (Tua si mihi sunt nota testimonia)  
 Ad pœnitendum differens pœnas, vocat  
 Sibi audientes: restitantes at sibi,  
 Tua qui abuti non timent patientia,  
 Grauiore pœna puniendos ampliat,  
 Claudio fugaces assequi certus pede.  
 Ned enim vlla vis iniusta, nec fraus perfida  
 Euadet à Deo parata retia :  
 Non ipse Delphin quamlibet et celerrimus,  
 Maior minora qui vorat natantia,  
 Cauebit vlla celeritate, vel dolo,  
 Immensa piscatoris euerricula.  
 Sed interim damnosa pro lucro mora

His, qui scelera celsis tuentur arcibus,  
Pernicis in quas posse non Aquilæ putant  
Penetrare tandem prouentis impetum,  
Iouis ministræ, cuius vngue fulmina  
Vnco nocentis in caput, dum nil timer,  
Vibranda certo sustinentur tempore:  
Nisi (quod nefas est cogitare, aut dicere) ;  
Sine Rege cælum, Rege sine sit Gallia.  
Nam perpetua tanti sceleris impunitas  
Ceū dormientis si sit in cælo Dei:  
Nec excitetur oculus iræ vindicis  
Pœnas nocentium ad exigendas debitas:  
Absente quis tonare non credat Ioue  
Cælum? rueréque bruta casu fulmina?  
Hoc est id ipsum quod querebar antè, me  
Nunc altè ab imo penè nolentem trahi:  
Nunc contrà ab alto ad ima rursus deiici.  
Nam facta quoties à Deo miracula  
Contemplor in me, totus ad Deum feror:  
Cuius regantur vnus nutu omnia.  
Quotiesque rursus tanta, tótque nocētium  
Miror maneré in expiata piacula:  
Sollicitor (heu dictu nefas) nulla regi  
Mundum putare mente prouidi Dei.  
Sic noctuina nostra penè cæcitas  
Cum clara solis intueri lumina

26 MONODIA TRAG.

Non possit, vltro nos tenebris abdimus:  
Miserator ipse donec, atque misericors  
Deus è tenebris rursus ad iubar vocat,  
Ipsum intuentes, intuerique omnia  
Clarè autumantes, & tueri providè:  
Vt seriùs vel ocys nullum scelus  
Aut lateat, aut videntem inultum transeat.  
Nam proditoris prodidit mei ô Deus  
Tua lux latebras, & trium fatellitum  
Cæca putantùm nocte se tutos tegi:  
Præfens futuri est arrabo quod supplicî,  
Quem iusta merces subsequetur cætera,  
Te Henrice



AD REGEM  
EXHORTATIO.

**T**E HENRICE Regē, te  
9 fauentis qui Dei  
 Nutu es vocatus vnus ad re-  
 gnum duplex,  
 Vnum per annum, Gallicum  
 & Polonicum.

Et annuente rursus hoc ipso Deo  
 Saluus redisti mille per pericula,  
 Ad stabilienda sceptrā rursus Gallica:  
 Pietatis autor summus vnus vnica  
 Cūm sis. Nec est vt vllō res possit modo  
 Gallica reponi, nisi duo fundamina,  
 Et quasi columnæ publicæ rei duæ  
 Vera Pietasque, Iustitiæque eius foror,  
 Nimis, heu, caducæ, iam labantes & diu,  
 Rursus ad amissim collocatæ, fulciant  
 Molem minantis iam ruinam Gallia.  
 Hæ sunt columnæ, quas tuus frater tulit  
 CAROLVS ad arma Rex regenda Gallica  
 Annis puer vocatus innocentibus



Insigne signum, flexuosas sed prius,  
 Mala & maligna forte quadam conditas,  
 Certi extitere, certus augur quæ mali.  
 Fore pueri per Regis annos Caroli  
 Curuis duabus his columnis Regiis,  
 Curuata res ut labaret Gallica.  
 Idem sed hic Rex rursus annos ad viri  
 Vbi vênit, ecce repente cœu Deo  
 Bendè ominante cæca per præfagia  
 Impulsus, insignis sui insignem notam  
 Mutauit: & curuas columna erigens,  
 Regni erigendi certa signa præbuit  
 A tempore illo, fratre quo te REX duce  
 Confusus vno, cælum ut Atlas Herculi  
 Sic ipse regni pondus in te transferens,  
 Commisit vni rem tibi omnem Gallicam.  
 Nō in quā in ipsa morte, sed iam cum valēs,  
 Vigenis, videret, sę suorum cui fidem  
 Haberet, esse præter vnum neminem.  
 Quæ prima causa, quodque Gallicis caput  
 Opibus redintegrandis, & rebus fuit  
 Regni nouandis, sed latentes per gradus.  
 » Nam magna mole, cum repentina cadat  
 » Præteps ruina, non repenti reponitur.  
 » Nec lapsa magna est cū semel Respublica,  
 » In integrum restituitur vno die,

HENRICVM.

29

Non altero, non tertio, non pluribus     ”  
 Nedum diebus, sed nec annis, seculo     ”  
 Vix vsque toto: quod tamen nos seculum     ”  
 Speramus ipso mox futurum Rege te,  
 Te fratris orsa perneente, quæ tibi  
 Mors eius interrupa nuper liquerat.  
 Non omnia vni infesta Deus, aut prospera     ”  
 Cōtribuit vnquam, multa qui fratri quidē     ”  
 Ex hostibus trophæa te dedit duce:  
 Tamen idem & in te plura distulit Deus,  
 Manifesta quamuis non adhuc, tamen sua  
 Ventura per momenta lentis passibus.  
 Nec quia tibi iam sub manum non omnia  
 Succedere experiris: idcirco putes  
 Ablata, quæ dilata sunt adhuc, bona.  
 Vidēsne fratri præter vt spem iam tuo  
 Sub pedibus hostes subdidit suos Deus  
 Paulò ante mortē, vel morte in ipsa deniq:     ”  
 Cuius habuit vel maximum solatium,  
 Absente quòd te (maxima in quo spes erat)  
 Præsente & ipso, sed valente iam parum.  
 Nimiis quibus confecerat se angoribus,  
 Repente nullo Marte præterquam Dei,  
 Sanson vt alter opprimens hostes suos,  
 Occidit: & occidens triumphum rettulit.  
 Idem sed ille dura quot discrimina

Iam Rex recens est passus, idque per suos?  
 Ne te putato non per hæc vestigia  
 Venire posse Regis ad fastigium.

Si Gallicus tu Rex es, & si Gallicus  
 Rex Christianus, ire te Christi decet  
 Laborioso calle: quem pati oportuit,  
 Suamque sic intrare post in gloriam.  
 Potiorne seruo quam magistro lex datur?  
 Patiaris & tu oportet, antequam decus  
 Potiare tale, quale prædictum tibi.  
 Nam mira de te dicta sunt præfagia,  
 Et illa quadam ex parte, quæ iam sunt ratas  
 Pars restat euentura maior, & fidem  
 Certam meretur ex priorum euentibus.

» Magnifica de te dicta sunt, ô Ciuitas:  
 » Pacis, tuæque ciuitatis præside,  
 Qui nisi Michaël quis sit alter Angelus?  
 Aut ciuitas quæ altera, nisi Ecclesia,  
 Custos Michaël cui sit à Deo datus?

Quod magna si pars Gallia est Ecclesiæ,  
 Et Christiano census vsque nomine,  
 Est Gallicus Rex ante Reges cæteros,  
 Regis patronus est Michaël Gallici:  
 Signis quod ipse iam probauit plurimis,  
 Regisque custos & salutis Regiæ  
 Cum sepe quodam, tùm recens sub Carolo:

Telis ab hostis liberans quem perfidi,  
Per festa non permisit opprimi sua,  
Licet imparatum, nec alia instructū manu,  
Quàm quæ solebat Regiam domum sequi.

Idem ergo fratris Angelus custos tui,  
Custodit & te. Quid nisi custodiat,  
Ecclesiæ quem stat penes salus suæ?  
Pro qua tot ante prælia tibi prosperè  
Pugnata, tot pugnanda prosperè magis  
Magisque restant præsidente Archangelo  
Tibi Regi eodem, qui prius fratris duci.

Sed tu videto, ne malis vrgentibus  
Cedas, sed illa contra eas audentior.  
Nam sæpe victor quod fuisti, sæpius  
Futurus es tu, bella pro Christo gerens,  
Dux antè felix, Réxque mox felicior.  
Non viribus, virtute nec fides tua,  
Sed Angeli custodis à Deo dati,  
Quanus latentis, attamen semper tibi  
Præsentis, atque hærentis ad latus tuum.  
Vt Pallas olim Achillis, atque Vlyssæi  
Comes fidelis seu videnda, seu minus.

Hûc ergo certus adesse præsentem tibi,  
Nulla expauescas hostium pericula.  
Tantum caucto sedulus custos tui,  
Ne testis ille semper adstat qui tibi,

Tua dicta singula, facta & obseruans tua,  
Tristetur vlla voce, vel facto tuo.

Est sanctus ille, grata & illi sanctitas:

Est purus ille, puritas ei placet:

Verax, fidelis, iustus est sicut suus

Dominus, minister: Veritas, ius, & fides

Placent & ipsi: si placere vis ei,

Placeant & ista cuncta fac ipsi tibi,

Tuisque cunctis. Nam satis non est tibi

Sano esse soli, si laboret ægra plebs.

Quæ laus medentis, si medens solus valet ?

Aut quæ ducis laus, ipse si dux fortiter

Depugnet vnus, cæteris imbellibus?

Quæ Regis inquam laus sit, ipse qui regat

Benè se: suosque nec regat, nec corrigit,

„ Iustissimus Rex plebis iniustissimæ.

Alter vt Vlysses inter ignauissimos,

Stultissimosque fortis vnus remiges:

Qui sospes vnus, cæteris pereuntibus

Euasit: haud dignus profectò laudibus

Tot atque tantis Græculi vatis sui,

Qui perditò victor redux exercitu

Fuit ipse factæ cladis nuncius suis.

Laudetur ille iustius, si cum Hectore

Periisset, aut cum Achille, seruatris suis.

Ergo tuus tu Rex tibi, primum rege

(Quod

## HENRICVM

(Quod & facis) te, dein tuam totam domū.  
Deinde vniverſa plebs regatur fac tibi,  
Si te, tuosque tecum ſoſpitare vis.  
Quod quiſque peccat, eſſe peccatum tuum  
Ducas, & in te puniendum, punias  
Niſi tute in illis. Quod duobus maximè  
Modis cauèbis, ſi magiſtratus bonis  
Mandes miniſtris, improbos his abdicet:  
Res tota per quos nunc laborat Gallica.  
Nec enim perire poſſit vlla res, niſi  
Extra vel intus ingruat labes mali.  
Iamdudum at extra nullus hoſtis imminet:  
Quæ magna laus eſt patris & virtus tui.  
Interior ergo, & inter ipſa viſcera  
Eſt cæca peſtis, Galliam quæ conficit.  
Non tã quòd in ſe plebs ſiras diſcors manus  
Conuertit, ipſum quàm caput diſcordiæ,  
Quòd perit olim ius & æquum, vinculo  
Quò regna & vrbes continentur vnico.  
Nam iure ſi Res continentur publicæ:  
Vt diſſipentur, eſt neceſſe, iniuria.  
Ius ciuitatis nodus eſt firmiſſimus.  
Hunc tolle nodum, ciuitas diſſoluitur,  
Fiuntque partès, partibus certamina,  
Certaminum è ciuiliū conſiſtibus  
Rei ruina fit vt ſequatur publicæ.

Vt plebis ergo pax sit & concordia,  
 Iuris ligetur atque legum copula:  
 Ligentur ipsi, præfident qui legibus,  
 Pœnæ luendæ, lege violata, metu.  
 Nam plebis vltrix ipsa debet esse Lex,  
 Sed Legis vltor ipse debet esse Rex.  
 Lex muta mutis imperet: sed Lex loquens  
 Rex ipse legis administris imperet.  
 Lex ipsa salua, salua regna continet,  
 Reges & ipsos: saluus at Rex inuicem  
 Præstare debet, Lex vt ipsa salua sit:  
 Operas vterque conferant vt mutuas.  
 Rex vna Lex est, Lex imago Regis est.  
 Infans imago non potest quicquam loqui,  
 Vna loquitur Lex, lingua legis ipse Rex.  
 Elinguis vt ne Lex tacente Rege sit,  
 Tu Rex loquaris, & loquendo vindicæ  
 Leges, nocente perditas silentio.  
 Periisset illa muta quondam Cecropis  
 Virgo tyranni vi stuprata Terei,  
 Linguam secarat ense cui Thrax barbaro:  
 Nisi prouidentis virginis solertia  
 Suppleffer oris sauciati infantiam  
 Acu loquaci texta per vocalia,  
 Sororij scelus eloquuta adulteri.  
 Violata virgo nuper est Lex Gallica,

HENRICVM.

Bacchantē genitricis à furore barbaræ: 190 F  
 Nefas inultum prouidens ne sit Deus, 191  
 Licet inter antra perpetratum denia 192  
 Lingue Legis os in ora Palladis 193  
 Verat loquaci muta nam virgo manū 194  
 Excogitauit arte fari textili, 195  
 Clam facta fiat ut palam violentia. 196  
 Sororque apud sororem uti quōdam suam;  
 Sic toror apud te expostulat fratrem suum;  
 Si fida erit Rex Legis, hæc Regis foror.  
 Tu nunc videto uti fororent vindices  
 A sceleris, contumeliæque barbara,  
 Babylonios ad dura saxa leuenculos  
 Allidere p̄tis vsque pergens præliis.  
 Neque hoc apertis præliis tantummodo;  
 Quæ Dux ut olim multa victor, sic recens  
 Rex factus obtines duces iam per tuos:  
 Sed vafra contra vulp̄um molimina,  
 Quarum alligata sicca caudis stramina  
 Sp̄tis cremarunt farræ sacra incendis:  
 His vincla tende, his compedes Vulcanias,  
 Vnde expedire nec queat Mars, nec Venus  
 Se, donec illucescat ipse Temporis.  
 Verus pater Sol, Temporis qui filiam  
 Sagax latentem Veritatem proferat.  
 Sol prodet om̄ne Martis, & Veneris probrū:



Tu pròditum fac Mulciber mox vindices,  
 Grauioris ansam ne det in dies mali,  
 » Scelerum parēs nutrìxque sola impunitas.

Nam si qua lex sit, si quis aut legis metus,  
 Vigeat ne tanta, quanta nunc licentia  
 Per agros & vrbes, clàm palàm, domi foris,  
 Furti, rapinæ, cædis, & latrocinî ?

Quid attinet tot iudices, & tot fora  
 Ad ius tuendum constituta, si valent  
 Plus iure vires, plus valet ferrum foro?  
 Sed ista non tam culpa ferri & crimen est,  
 Quàm crimè auri. Non nocet ferrum foro,  
 Nocet, sed aurum, quod foro nunc imperat.

Aurum latrones, ac rapinas excitat:  
 Auro latronum redimitur & impunitas.  
 Tollatur aurum, non latro grassabitur.  
 Tollatur aurum, nulla cauponabitur.  
 Iam iura iudex, ius vigebit denique:  
 Languabit at vis iuris hostis maxima.

Nam parua quòdam maximis vocabula  
 Imposita rebus maximè contrariis  
 Duo sunt duabus, IVR Ivt hinc, sic inde VI.  
 Et Ius parentis filius quidem Iouis:  
 Quod ipse monstrat Iupiter Iuris pater.  
 Paternum ob idque filio vocabulum  
 I V S inde mansit, est quod Hebræis Iä.

H E N R I C V M .

37

Natura nanque simplicissimi Dei  
 Nomine vocari est digna simplicissimo.  
 Et ipsa proles simplicis simplex Dei  
 I V S nuncupata, nomen vt patris sui  
 Breue seruat olim, sic genus neutrum sibi.  
 Nā quia ipse summus neutrius partis Deus  
 Est factiosus fautor, vnus omnibus  
 Iudex sed æquus, æquus omnium pater:  
 Neutro genere suum ipse dixit filium  
 I V S, pars quod illi neutra gratiosior  
 Qui iura dicit esse debet: imò par  
 Pensanda libra pauperique & diuiti.  
 Hoc I V R E de Iouis patris saru edito,  
 Suum parentem qui referret filius,  
 Syncerus, integérque, & inuiolabilis,  
 Inuidit aduersans Ioui Tellus parens.  
 Vt patre nata cum Minerua de Ioue  
 Sine matris vsu: Iuno mox & æmula  
 Martem creauit, non egens vsu Iouis.  
 Sic æmulatrix Terra cælestis patris,  
 Cùm procreatum I V S videret à Ioue:  
 Non conqueuit donec & creata sit  
 Fœmella proles, fœminino nomine,  
 V I S nūcupata, Erinnyis aut Sphingis soror,  
 Deforme mōstrum, & corporis præpostell,  
 Manus pedésque in terga cui verfi retro:

Pedes, vt instar ambulet rétrogradi  
 Cancerim fanis, vt lanculūm prædas agat:  
 Sibi clām q. sapra ad iudices clām deferens,  
 Impunè præda reliquis possit frui.      V I  
 Auctus utque corporis totus situs;  
 Etenim sic auersa sunt & nominis,  
 Vt IVS quod esset nomen antè, VIS foret. I  
 Durbus utque nomen est contrarium;      H I  
 Sic & duobus mens inest contraria;      V I  
 Bellum gèmit & inuicem inopacabile;      V I  
 Inter se, ab ipse cepit ortū quid statim      H I  
 V I, I V R I S hoste, Iuris omnis æmula.  
 Ergo subinde turbulentiū ibrigunt      H I  
 Cōtra pium I V S; VIS moueret cum impia,  
 Rixæ quæ illius finis esset, aut modus:      V I  
 Violenta I V S pteserēt quæ iam VIS debile.  
 (Nam, test d' *Homero*, nequiora præualent)  
 Tandem misertus I V R I S oppressi pater  
 A spuria V I, matre non de qualibet,  
 Vxore, Maiestatē sed sua sacra  
 R E G E M creauit alterā prolem sibi  
 Natu minorem, maximo fratri suo,  
 Qui semper hæres, illum & à V I vindicans,  
 A Iure iustitiam dicendo dictus a se.  
 I V D E X: & olim nomen horū Regum fuit.  
 Sic pulchra V I S est, I V S quæ nō g' haurit diu. I

HENRICVM A

Cum fratre Rege, cumque fratre Iure Rex.  
 At VIS repullam tristis indignans suam,  
 Aduersus & IVS ipsum, & eius vindicem  
 Regem, Gigantum concitavit impiam  
 Prolem, latrones, & rebelles impios  
 Per quos fugaci turpiter rursus forent  
 REX ipse, IVSque, ni sui Rex totinisis  
 Multos creasset Iuris acres vindices,  
 Quos IVDICES vocavit, & nomen sibi  
 Adscivit illo REX ab usque tempore.  
 Quia summus ipse Iudices Iudex regat,  
 Reges ut ipsos maximus Regum Deus.  
 Et populus olim cum amanti foret Dei  
 Sub Regibusque, Iudicibus & integris  
 IVS obtinebat, Viti supra, Victoriam  
 Præsertim in ipsis Gallicis primordiis  
 Imperij, & ipsis optimis sub regibus  
 Pipino, & eius styge, sancta Carolo  
 Fundata per quos Res, Fidesque Gallica  
 Ob idque regnam, resque florens Gallica  
 In pace leta & in bonorum ebria  
 Agebat eum, quale Saturno patre  
 Quod aureum fuisse dicunt seculum,  
 Quia IVS colebat, Iuris & patrem Deum  
 Postquam sed etas decolorque & degener  
 Ab aureis argenteisque seculis

40 AD REGEM

Ad ferreum Gallis redit, vel id quod est  
 Ferro metallum tristiúsque & petrius.  
 Reges per olim nanque temnentes Deum,  
 Per atque Regum non timentes Iudices,  
 Regnare VIS pro IVRE cepit ut prius:  
 Et inde cædes, inde tot ciuilia  
 Sunt orta bella, stupra, prædæ, incendia,  
 Quæ informiorem reddidere Galliam,  
 Deformis & cui seruiunt, simillimam  
 Monstri: nec vllus est reformandi modus,  
 Nisi pulsa VIS sit: eius & IVS in locum  
 Succedat: ipso quod futurum Rege te  
 HENRICE, multa præcinunt oracula.

HENRICVS es tu nomine hoc Rex TERTIVS,  
 Per singulas quod nomen inuersum notas  
 Quod, CHRISTVS IN TE VERE, aperte cõficiat  
 Non absque certo prouidi nutu Dei;  
 Reges ut vnus qui dat ipse gentibus,  
 Sic vnus ipsa Regibus dat nomina  
 Vel hæc vel illa, vera ceu præfagia  
 Sortis futuræ prosperæ aut contrariæ,  
 Nec omen istud nominis solum tibi  
 Est auspicatum: numerus ipse tertius  
 (Quo numerus alter nullus est diuinior)  
 Felicitatis innuit cumulum tibi.  
 Diuinitatis est sacer Ternarius:

HENRICVM.

41

Ternas coronas pollicetur hic tibi:  
Duasque pignus obtines iam tertiz,  
Vnam Polonam, & alteram mox Gallicā:  
Vnum per annum contigerunt quæ tibi,  
Magisque mirum quod sit, vnum per diem  
Ipsi sacratum maximo Ternario.  
Nam Pentecostes festa per solemniz  
Colitur sub vno Spiritu triplex Deus.  
Accedat istis vt corona tertia:  
Fac Tertius tu Rex, sacrum Ternarium  
Colas, colendum & subditis cures tuis.  
Cælestis ille sed coli Ternarius  
Vt ritè possit: alter & Ternarius  
Qui pendet inde, fac colatur vt tibi.  
Tria nanque cælo testimonium triplex  
Reddunt in ipso, Spiritus, Christus, Pater:  
Totidémque terris clara testimonia  
Diuinitatis, Sanguis, Vnda, Spiritus.  
Hæc vt colenda sanctiùs cures tria,  
Ecclesiam fac Spiritus regat suam:  
Baptisma sacrum Ecclesia regat vnica  
Regas sed ipse Christianum sanguinem,  
Temerè per vrbes Gallicas qui effunditur  
Vt vnda yllis: Christus ipse quem suo  
Sanguine redemit, quo nihil pretiosius,  
Fac illà tanta sanguinis profusio

Desinat, apertè hõh per hõs quæ sit modò,  
 Qui bella bellis conferunt ciuilia:  
 Sed illa maior atque longè tetrrior  
 Ab improbis quæ sit hõdie latronibus,  
 Non pèt vias qui vbique grassantur modo,  
 Saltusque reddunt atque syluas iniurias:  
 Medias sed ipsas inter vrbes, vrbium  
 Per & plateas sequitur crudelitas  
 Latrocinandi regnat, ob licentiam  
 Ferris, Forisque, Aurisq; vtriq; quod imperat.  
 Dum triste ferrum tela dat latronibus  
 Per quæ in pios exerceant tyrannidem,  
 Aurumque rapiant, vnde avaros iudices  
 Corruptere aulsi multa facinora auferant:  
 Nam vincula Legum, quæ nocentes alligant,  
 Non solumque soluantur hinc, ipsi sedant  
 Nocente ferro: vel quod est nocentius,  
 Auro cathenas dissipantes catenata,  
 Surdisque vectes petterentes in iulis  
 Stridore nullo, de seis sese eximunt.  
 Nam timulum sit, & sonans aurum licet,  
 Tamèn in crumenas iudicum furtim cadès  
 Surdum sit, ipsos atque surdos effigie  
 Ad pauperis querimonias, qui nunc iacet  
 Ad surda furdi iudicis flens atria  
 Sic ipsa quod VIS pauperi dama autem dedit

HENRICVM.

437

Aufert inultum: VIS tyrannidem gerit,  
 Grassante ferro per vias, aëro domis  
 Hęc mōstra quę nūc Galliām vastāt duo,  
 Operum tuorum est atque virtutis tuæ  
 Domare, Regum HENRICVS E Rex fortissime:  
 Vt dictus ante saepe quod iam Victor es,  
 Magis magisque dictiteris in dies:  
 Maiora nanque monstra vinces in dies:  
 Quod omnia tūc certa iam dudum tibi  
 Vulgata verbis patriis oracula:  
 Nam tota meritis ista pars vacat tuis,  
 Et fors in annos ista dilata est tuos,  
 Vt cuius operis frater inchoator est,  
 Perfector huius, perpolitōsque ipse sis.  
 Frater per annos quotquot is vixit tuus,  
 Alter vt Achilles perfidus contra Phrygas  
 Pugnavit vsque dū peremptus Hector est,  
 Raptatus & Troiana circum Incenta,  
 Leuiora tolli fecit inde Pergama.  
 Sed ante captam mortuo Troiam tamen  
 Vt olim Achilli Pyrrhus abstulit decus  
 Troiæ subactę, funditusque dirutæ:  
 Fraterna siq; tu quæ reliquit mors tibi  
 Trophæa semiparta, tota mōx parans omni  
 Dicēris expugnator Urbis amicis.  
 Quod non Achilli contigit Forti licet,



Feliciori contigit sed filio

Armis paternis vſo, Vlyſſis artibus.

Præclara certè vbique virtus ipſa, ſed

Illà tamen præclarior felicitas

Virtute iuncta, vt ſimplici duplex bonum

Maius & habetur, & eſt bonum præclarius.

Humana virtus bellica, humanus labor:

Cæleſte tota munus eſt felicitas,

Maniſte R E X quæ contigit, ſicui, tibi.

Ac iam tuæ virtutis vt multæ notæ

Apparuere tot per acta forriter:

Sic & tuæ felicitatis maximæ

Extant triumphos tres per antè maximos

Maxima per omnem Galliam veſtigia.

Quæ te futurum iam probauerunt ducem

Vt auſpicatum, ſic probauerunt quoque

Regem futurum te eſſe feliciffimum.

Vt ſicut vltro Rex Polonis lectus es,

Sic Imperator eligare poſt ab his,

Qui ſacra Chriſti, nomen & ſaluum volent,

Tunc magna rerum cum exiget neceſſitas.

Nam Chriſtiana tota tum Reſpublica

Grauitèr laborans omnibus de partibus,

Vltro tuendam ſe dabit totam tibi.

Oriente ſicut magnus ille Carolus

Periclitante, rector orbis vnicus

HENRICVM.

45


E Gallicis adscitus olim finibus.  
Sic occidentis cùm lababit tota res,  
Quod prisca Gallis præcinunt oracula,  
Rex Gallus vtrò solus aduocabitur,  
Rem Christianam restituat vt perditam.

Hæc si piâ Poëta prædico tibi  
(Nec enim Propheta) mente: tu fac & piâ  
Accepta mente, interpreteris in bonam  
Partem vicissim: non vt hæc ante exitum  
Pondusque rerum vera credas: sed magis  
Prædicta de te noris vt cùm talia,  
Tu fata factis ipse comprobebis tuis.

M. V. CAMPANVM  
*AD M. CAMPANVM*

**I**N scelus vltoris, quantæ sint numinis iræ,  
Innocuæ quantus sit pietatis amor,  
Innumera antiquæ superans miracula famæ  
    Edita res puper prodigiota docet.  
Dum, Campanè, tibi cælo terræque negata  
    (Quis credat?) sub aquis mira reuerta salus.  
Nec tamen hoc visum summo satis esse parenti,  
    Penè quod amissa dat tibi luce fruis:  
Sed magis ipse probet quò se pietatis amanti  
    Præmia dat votis vberiora tuis:  
Facti clara sui longum monumenta per æuum,  
    Dum iubet AVRATÆ pleçtra sonare lyræ.  
Sic te, corpus aquas, obliuia mergere famam  
    Dum vetat, à gemina vindicat ille nece.

I. M. Toscanus.



## ERRATA.

- 2.13. Forſan & ad illam factus eſt per has gradus.  
 5 23. quam regebat mens Dei 6.13. drama fuerit cō-  
 ſtiturum. 7.23. Peccandi.
- 8 11. Vt prima cum mare per quietum ſibilant. 17.  
 (Dictu nefandum) vlti. ſed & eadem. 9 13. ſi ena-  
 tat lapis. 23. argurabar, ac necem. 14. 23. decodit.  
 25. non habeat. 15. 22. pectoris lumen. 17. 3. in-  
 quam, & ipſa. 19. 12. hiſirionis, aut magi modo. 21. 6.  
 agrè enataſſent: nos rudes. 14. perieramus. 23. tunc  
 paſſus eſt quidem Deus. 23. 22 noctes, diēſque. 28.  
 21. Rebus, opibus redintegrandus & fuit.
- 29 18. & morte. 30. 18. quæ eſt altera 32. 23. nun-  
 tius cladis.
33. 3. Si te, atque tecum ſoſtitare tu tuos.
37. 11. eſſe debet imò par. 45. penult. de te, vt noveris  
 cum talia.





\_\_\_\_\_

\_\_\_\_\_







\_\_\_\_\_

